venirent ad adorandū deos ad certū locū. s. late ranis. cū sancta dei lucia ⁊ geminianus ad locuz accessissent clamabant. simulacra gentiū argētū ⁊ aurū ⁊c. iussit iudex ceruices eoꝝ contundi. Et facto terremotu plura edificia coꝛruerūt ⁊ iudicē cū multis oppꝛessērūt ruine ille. sancti vero remā serunt illesi. Deinde post annū apphendentes eos angeli. tulerūt eos in sicilia. et applicātes ad q̄ndam fluuiū aquis pꝛofundū. virtute dei facta oꝛōne sup aquas eius siccis vestigijs transierunt ⁊ venientib⁹ ad locū q̄ndaz spiritibus malignis plenum oīes illi nequā spūs de loco cū clamoꝛe discesserunt. Ibiq; multos infirmos sanabant. iudex aūt apostat⁹ illos ab eis curatos ipos ⁊ deū magnificantes capite trucari fecit. ꝓpter qō scelus a diabolo arreptus pessime vitam finiuit. demū cū sancta lucia q̄reretur ad mortē a pascasio cōsulari. patre pascasij q̄ luciā virginē martirē fecit in ciuitate siracusana vt dictū ē. demū in oꝛati one posita spūm deo reddidit. et geminianus de mādato tyranni capite plexus ē. Refert idem Ulin. li. xiij. spe. histo. de quadā alia nō lucia sed luccia nominata virgine ⁊ martire natione roma na. Hec cū capta fuisset a gēte cuiusdā antrie nomine regis barbaroꝝ ⁊ ducta in pꝛiam illā. voluit eam rex ille barbarus volare. Cui illa. Noli mihi inquit vim facere. q̄ magnū habeo sponsum. qui vindicet iniuriā meā in te. Hec eīn erat xpiana ⁊ de xpo loq̄batur sponso. ⁊ ille iratus. Et q̄s est sponsus tuus aut cuius potestatis vt iniuriā vindicet. Rndit illa fiducialiter. Deū cui me deuoui defensoꝛē habeo q̄ in celis ē. ⁊ habet ptātem vniuerse carnis. His auditis territus est rex ⁊ cepit eam vt deaz honoꝛare velle. Statimq; iussit ei cubiculū secretū fieri ⁊ puellas in obsequiū dari. Que vigilijs ⁊ oꝛōnibus deo vacabat die noctuq;. postulans specialiter. ꝓ statu pꝛospero regis illius ⁊ domus sue. Quotidie autē crescebat deuotio regis barbari ad illā. ita vt ꝓcedens ad bella rogabat illaz vt deū suū peteret ꝓ victoꝛia inimicoꝝ. Propter qō oꝛōnibus eius semp redibat exꝓlio victoꝛiosus. Cōpletis aūt ibi. xx. annis reuelatū ē luccie vt ad vrbem reuerteret. ibiq; cōpleret per martiriū cursum suū. Qō cū illa regi retulisset visionez. Rex a deo spirat⁹ ait. Si tu te hinc subtrahis mihi nō expedit remanē. nā aduersarij mei quos ego vici semp te oꝛante. venientes me occidēt. ad hec illa. Si placet tibi veni. Credo eīn deo meo q̄ te in seruū suū adoptabit. Rex igitur disponēs de oīnbus regni gubernacula filio dimittens ⁊ oīnia relinquēs. cum ancilla xpi romā venit. Cū aūt pꝛsecutio diocleciani iam sciuiret. Post paucos dies luccia cōpꝛehēsa adducit ad suppliciū. Qō audiens antria spōte occurrit ⁊ ceruicē suā cū ea gladio suppositi. ꝓfitens se esse xpianū. ⁊ sic ambo decollati in paradisum susceptī sunt ⁊ cū eis. xij. alij. vij. kl'. Julij.

Passio .§.xxxviii.

Sancte Katherine paulopost imperiū dyoclecia/ni fuit. s. sub maxentio filio maximiani herculij. q; ꝓtoꝛianis militibus vt dicit hug. factus est imperatoꝛ. vel potius vsurpauit impiū contra quē cōstantinus magnus bellū mouens supauit vt infra dicet. Hic igitur pꝛsecutoꝛ xpianoꝝ maxenti⁹ ingressus alexandriā. omnes cogebat ad sacrificia ydoloꝝ. ⁊ nolentes diuersis cruciatibus affligebat. In ea aūt ciuitate existens beata katherina virgo deuotissima. coꝛpe pulcerrima. sed fide speciosioꝛ regis Costi filia parentibus vnica. eis oꝛbata in regno ⁊ diuitijs succesꝛerat. artib⁹ liberalibus erudita valde. etatis. xviij. annoꝝ. Hec cū in palatio s.to resideret: audiens tumultū non modicū hominū ⁊ mugitū animaliū q̄ ad sacrificiū ducebātur i templū in quo impatoꝛ manebat sacrificijs insistens. cognita causa huius strepit⁹ ⁊ clamoꝛis. deo se cōmendans. decenti comitata familia ad impatoꝛē in templū introiuit. arguēs euz de vana cultura deoꝝ. ⁊ de incarnatione filii dei plurima asseueraās. Stupefact⁹ cesar ⁊ ad verba eius rndere nō valens ait. Sine mulier finire sacrificiū nostrū. ⁊ postea tibi responsa reddem⁹. Jussitq; ad palatiū duci ⁊ cū oīni diligētia custodiri. Expleto igit sacrificio ad palatiū reuersus. pꝛsentari sibi katherinā mandauit. Cui astanti inquit. audiuimus eloq̄ntiā tuā ⁊ mirati sumus sapientiā tuā. Sed in deoꝝ sacrificijs occupati nequiuim⁹ ad plenū sermonē intelligere tuū. Sz replicando pꝛimo edissere pꝛogeniē tuā. cui sancta Confiteoꝛ tibi ꝓgeniē meaz. Ego sum katherina costi regis filia. q̄ q̄uis in purpura nata ⁊ liberalibus disciplinis nō mediocriter erudita. omnia tñ cōtempsi ⁊ ad dñm nostrū ihm xpm ꝓfugi. dij aūt quos colis assero demones esse. nec te nec alios posse iuuare. O igit infelices taliū numinum cultoꝛes quib⁹ aduocati in necessitate nō adsunt in tribulatōne nō succurrūt. in piculis nō defendūt. Cui impatoꝛ iratus ait. Si ita est vt asseris. ergo totus mūdus errat ⁊ tu sola vez dicis. Si ā gelus esses aut celica virtus. tibi credere nemo deberet. q̄ntomagis cū sis fragilis femina. cui illa. Ne obsecto cesar te a furoꝛe vinci permittas q̄ niā in animo sapientis nō stat perturbatio dira. Videns igit q̄ sapientie eius nō posset resiste re virginē custodiri iubet. Et subito nūcios mittit ꝓ loca diuersa. vt oīnes grāmaticos rethoꝛes ⁊ mūdana sapientia eruditissimos q̄ fama p̄celle rent ad alexandriā conuenirent. magna munera recepturi si q̄ndam puellā cōtra cultū deoꝝ oblo quentē superent. Aduenīūt igit sapiētes. i. de diuersis ciuitatibus ꝓgregatis in alexandriā sciscitantibus magis ꝓticulariter causam. ait impera toꝛ. Est apud nos vna puella sensu ⁊ pꝛudētia īcōparabilis. q̄ oīnes sapiētes nros cōfutat. ⁊ deos nostros demones eē affirmat. quā si ꝓuincentis cū magno honoꝛe ad ꝓpꝛia remeabitis. Ad hec vnus ex illis indignatus stomachāti voce respōdit. O magnū impatoꝛis ꝓsiliū. q̄ ob vni⁹ puelle cōflictum tot sapiētes de tamremotis ptibus ad uocauit. cū vn⁹ ex clientulis nris eā facillime cōfudisset. Cui impatoꝛ potentiaz q̄dem habeo ad sacrificia mea ꝓpellendam. ꝑ melius iudicaui vt

ratõnibus cõfutetur. ¶Adducatur inquiũt puella
z sua temeritate cõuicta nũq̃ se sapientes vidisse
agnoscat. ¶Significat katherine certamen immi/
nens disputationis: q̃ totaz se dño cõmendans z
causam suã. ab angelo cõfortata est vt cõstanter
ageret. predicens ei q̃ nõ solũ ipsa a sapientibus
nõ vinceret. ꝑ eos oĩes conuictos z ad fidez cõ
uersos p martiriũ ad celum transmitteret. ¶Cũ er-
go adducta fuisset coram oratoribus illis kathe-
rina. ait imperatori. ¶Quali iudicio o impator cõ
tra vnaz puellam. l. oratores apponis. quos z ꝑ
victoria remunerandos promittis. z me sine spe
mercedis pugnare cõpellis. ¶Erit tamẽ mihi mer
ces dñs ihesus christ⁹. qui spes ẽ z corona ꝑ ipso
certantiũ. ¶Igitur cũ in disputatione sapientes il
li niterentur ostendere. deũ hominẽ fieri aut pati
impossibile esse. ¶Virgo aũt efficaci suasiõe cõtra-
riũ demonstraret. s. non impossibile deũ factũ ho
minem sed nec in deitate sua ꝑ in assumpta carne
passionem toleraſſe: hoc ex libris etiam philoso-
phoz z sibillarũ haberi attestata est. ¶Nam z pla
to astruit (ait illa) deũ circũrotandũ .s. quo ad in
carnationem z detruncandũ. s. in passione per se
paratõnẽ anime a corpore. ¶Sibilla quoq̃ ait. ¶Fe
lix ille deus qui ligno pendet ab alto. ¶Cum igit
virgo cũ sapiẽtibus efficacissimis rõnibus dispu
taret z deos apertis demonstrationib⁹ falsos eẽ
cõcluderet. obstupefacti illi. z quid dicerẽt oppo
nendo non haberẽt penitus muti sunt effecti. p/
pter quod impator nimio furore repletus cos in-
crepare cepit. ¶Cur ab vna puella se tam turpiter
vinci permitterẽt. ¶Rñdit vnus ex eis ceteris do-
ctioz. ¶Noueris impator q̃ nũq̃ aliquis stare po-
tuit ante nos in disputando. qn cõtinuo vincere-
tur. hec aũt puella in q̃ dei spũs loquitur. ita nos
in admirationem cõuertit. vt cõtra xp̃m aliq̃d di-
cẽ aut omnino nesciam⁹ aut penitus formidem⁹.
¶Rñ o impator cõstanter fatemur. q̃ nisi ꝓbabili-
orem sententiã quos vsq̃modo coluimus deos
ꝓtuleris. ecce oĩes cõuertimur ad xp̃m. ¶Hec au
diens imperator furore ebrius in medio ciuitatis
igne parato cõburi omnes oratores illos ꝓece/
pit. ¶Virgo aũt eos confortans in illo interuallo.
de fide prout potuit instruens. dolẽtes q̃ sine ba
ptismo decederent cõsolata est. declarans eis q̃
passio eoz esset baptismus z corona glorie. ¶Inie
cti ergo .l. sapiẽtes in flamas. spũm deo reddide-
rũt ibidez inustis tũ corporib⁹. quinimo nec pilus
nec vestibus. ¶Post hec alloquitur katherinaz
tyrannus dicens. ¶O virgo generosa consule iu/
uentuti tue. ¶Si eĩ dijs sacrificaueris post regi/
nam in palatio meo secũda eris. z imagine tua i
medio ciuitatis fabricata velut dea a cũctis ado
raberis. ¶Cui virgo ait. ¶Desine talia dicere. q̃ sce-
lus sit etiã cogitare. ¶Ego me sponsaz xp̃o tradidi.
ille gloria mea. ille amor meus. ille dulcedo mea
ab eius amore nec blandimẽta nec tormenta po-
terũt reuocare. ¶Tũc ille furore insaniens iussit eã
spoliatam scorpionibus cedi. z cesam in obscurũ
carcerem claudi. diebusq̃. xii. sine cibo z potu fa
me cruciari. ¶Et cum carcere clausa manet lux celi
ca fusa refulget. fragrat odor. dulces cantant ce/
li agmina laudes. sponsus amat sponsam. salua-
tor visitat illaz dicens. ¶Agnosce o filia creatorem
tuũ pro cuius amore laboriosum subisti conflictũ
¶Constans esto quia ego tecũ sum. ¶Illis aũt die-
bus per colũbam domin⁹ ei cibũ ministrauit. re-
ge aũt illo interuallo dierũ quibusdam de causis
regni vrgentibus extra regionis ꝓfinia profect⁹
est. ¶At regina vxor eius cũ mira audisset de vir-
gine. nimio ad eam amore succensa cũ porphirio
militũ principe in secretis fidelissimo suũ deside-
riũ ad colloquiũ habendũ cum virgine aperuit.
z cũ ipse etiam hoc affectaret. cõuenerũt vt de no
cte occulte ad virginem ingrederentur. ¶Cũ ergo
regina initroisset. vidit locũ mirabili claritate ful
gere. z angelos plagas eius pungentes. ¶Incipi-
ens autẽ katherina gaudia vite eterne fidelibus
ꝓmissa predicauit. z fidem docens ad xp̃m con-
uertit. martiriũ quoq̃ eius predicẽs. ¶Et ita vsq̃
ad mediam noctem sermonẽ protraxit. porphiri-
us autẽ his auditis ad pedes virginis cecidit in
xp̃m credẽs cũ .cc. militibus qui a porphirio ista
audierũt. ¶Expeditis autez negotiis reuersus
maxentius ad alexandriam de virgine interro-
gat. ¶Et cũ ad carcerẽ ministri fuissent missi vt nũ
ciarent quid de ea secutum fuisset z an viueret. si
gnificantes eam viuam z sospitem. coram se fecit
adduci. z viuacem cernẽs z pulcram quã crede-
bat fame cõsumptam. extimãs cibos sibi contra
suũ mandatũ ministros. cepit velle torquere cu-
stodes. ꝑ katherina compatiens ait. ¶Ego ab ho-
minibus cibũ nõ accepi. ꝑ a dño meo ihu xp̃o. ait
aũt ei impator. ¶Recole qõ tibi dixi. ¶Non te qua/
si famulã retinere cupimus. ꝑ vt regina potens z
electa in regno meo triũphabis. z illa. ¶Attende z
tu inquit obsecro. tiudicii tui veridica ratõne di
scerne. ¶Quẽ magis eligere debeo. ¶Aut potentez
eternũ gloriosum z decoz. vel infirmũ mortalem
ignobilẽ. z deformem. ¶Indignatus tirannus ait.
¶Eduobus vnũ elige. aut dijs sacrificare. aut di-
uersis supplicijs iterire: z illa. ¶Quecunq̃ potes
cogitare tormenta ne differas. q̃ carnẽ z sangui-
nem meũ xp̃o offerre desidero. sicut ipe ꝑ me ob-
tulit semetip̃m. ¶Tũc quidã pfectus suasit tyrãno
vt ifra q̃driduũ rotas quatuor fieri faceẽt serris
ferreis z clauis acutissimis circũseptas. vt cõtra
se adinuicẽ voluentibus tãhorribile artificiũ vir
ginẽ suprapositã dissecarẽt. z ceteris xp̃icolis ti-
morem inferrent. ¶Cũq̃ ꝑparatis rotis virgo im-
poni deberet. orauit dñm vt ad laudẽ sui nois et
cõuersionẽ circũstantiũ machinam illam dissipa-
ret. ¶Qõ z subito factũ ẽ. z ita cũ tanto impetu cõ
fracta. vt q̃tuor milia gentiliũ pcussi a fragmẽtis
eius interirẽt. ¶Regina aũt q̃ desup e fenestra ista
aspiciebat. nõ se valens vltra celare. descendit et
imperatorẽ de tanta seuitia durius increpauit. ¶Rñ
ꝑpendens tyrannus eam ad fidem cõuersam. fu-
riis inuectus mandauit vt si sacrificare dijs recu
saret. auulsis prius ab ea mamillis a satellitibus
decollaret. ¶Que cũ ducereẽ ad supplicium. kathe-
rine se cõmendauit vt ꝑ ea oraret. At illa ꝓfectas

ait. Noli timere a deo dilecta regina: q; hodie tē
porale regnū ineternū mutabis. t p mortali spō
so accipies immortalē. Ex quibus verbis ita est
constans effecta. vt ministros hortaret ne quod
iussi fuerāt morarētur. Cū igit extra ciuitatē ex
tractis mamillis decollassent. Porphirius corp⁹
eius sepeliuit. Sequēti die inquirit tirannus q̄s
corpus regine sepelisset. Et cū aliquos torquere
vellet ad inueniendū rem istam. Porphirius in
mediū prorūpens ait. Ego sum q̄ reginā sepeliui
t fidē xp̄i suscepi. Tūc maxentius amens effect⁹
mugitū terribilē emisit dicens. O me miserum
t miserādū. ecce porphirius qui erat vnicus aie
mee custos t totius laboris mei solatiū decept⁹ ē
Q̄ō cū multitudis suis dolendo retulisset. respon
derūt illi. t nos xp̄iani sum⁹ t parati p xp̄o mo
ri. Tūc maxentius iracūdia ebrius. precepit eos
oēs cum porphirio decollari. t canibus proīci
corpora eor. Demū katherinā aduocans ait. q̄
uis arte magica reginā mori feceris. tamen si resi
pueris. puma in palatio meo eris. Hodie igitur
aut dijs sacrifica. aut caput amittes. at illa respō
dit fac q̄cunq; animo concepisti. paratam me vi
debis ad omnia p christi nomine sufferenda. da
ta igitur sententia decollationis contra eā. cū ve
nisset ad locū passionis orauit dicens. O spes et
salus credentiū. O gloria t decus virginū hiesu
rex bone. obsecro te vt quicūq; passionis mee me
moriā fecerit. siue in exitu anime siue in quacūq;
tribulatione me inuocauerit. ppiationis tue cō
sequatur effectū. Vox q̄ de celo facta ē veni dile
cta mea. Ecce ianua celi tibi aperta ē. Haz t his
qui passionis tue memoriā fecerint. auxiliū de ce
lo eis promitto. decollata ergo de corpore ei⁹ lac
pro sanguine emanauit. Et angeli rapientes cor
pus eius ab illo loco ad montem sinay distantez
p. xx. dietas deferentes. honorifice ibi sepelierūt
Ex cuius ossibus dicit oleū emanare q̄ langui
dos sanat. passa ē aūt circa ānos dñi. cccx.

Agnes bea. §. xxxix.

tissima cuius passionem rome celebratam descri
bit Ambrosius. fuit circa tempa ista vt patet ex
eius historia. hec ex nobilibus orta natalibus ci
uibus romanis iuuencula corpore. quia. xiij. ānō
rū. animo cana. pulcra facie sed pulcrior fide. dū
a scolis reuertitur a p̄fecti filio adamat. Cui gē
mas t innumerabiles diuitias repromittit si con
sensum eius coniugis nō negaret. Agnes aūt ta
lem fertur ei dedisse responsum (ait Ambrosius)
discede a me pabulū mortis quia iā ab alio ama
tore preuēta sum. cuius mater virgo ē cuius pat
feminā nescit. cuius pulcritudinē sol t luna mirā
tur. cui angeli seruiūt. cuius opes nūq̄ deficiūt.
cuius diuitie nūq̄ marcescūt. cuius odore reuiui
scūt mortui. cuius tactu cōfortant infirmi. cuius
amor castitas. tactus sanctitas. vnio virginitas.
cui⁹ generositas celsior. possibilitas fortior. aspe
ctus pulcrior. amor suauior. t oīi gratia elegan
tior. Hic anulo suo subarrauit me dexteram meā
t collū meū cinxit lapidibus p̄ciosis. Induit me
ciclade auro texta. t immensis monilibus orna
uit me. posuit signū in faciem meā vt nullū aliuz
preter eū amatorē admittā. sanguinis eius orna
uit genas meas. Jam corpus ei⁹ corpori meo so
ciatū est. Ostendit mihi thesauros incompabi
les quos mihi se donaturū p̄misit. si in eo pseue
rauero. Audiēs hec insanus iuuenis lecto p̄ster
nitur t q̄ amore egrotaret a medicis aperit. Cū
q̄ pater virginis hec eadez virgini replicaret. t
illa puoris spōsi fidem se violare nō posse asseve
ret cepit p̄fectus pater iuuenis inquirere qui ille
esset spōsus de cuius potestate se agnes iactaret.
Cū aūt quidā assereret xp̄m illam sponsum dice
re. blandis prius sermonib⁹ prefect⁹ demū terro
ribus eam pulsat. Cui agnes. Quicqd vis age.
q; qō petis nō poteris obtinere. Et prefectus ad
eam vnū e duobus elige. aut sacrifica dijs cū vir
ginibus dee veste. aut cū meretricib⁹ scortaberis
Cui agnes. nec dijs tuis sacrificabo. nec sordib⁹
polluar alienis. Habeo enī habeo custodē corpo
ris mei angelū dñi. Tūc p̄fect⁹ iussit eam spoliari
t nudā ad lupanar duci. Sed tantā densitatē cō
tulit dñs capillis eius. vt meli⁹ capillis q̄ vesti
bus tegeretur. Ingressa aūt agnes turpitudinis
locū. angelū dñi inuenit preparatum. qui locū cla
ritate numia circūfulsit. sibiq; stolā candidissimā
preparauit. Prefecti autē filius ad lupanar cum
alijs iuuenibus venit t eos primus ad eam inui
tauit. sicq; lupanar fit locus orōnis. vt mundior
exiret q̄ fuerat ingressus q̄ immenso lumine da
bat honorē. Qui enī ingressi sed ex miraculo ter
riti cōpuncti redibāt. Quos ille miseros t vecor
des appellās ad ea furēs intrauit. et cū eā vellet
ptingē p̄focat⁹ a diabolo expirauit. in ip̄m lumē
irruens. cū deo nō dedisset honorē. Qō p̄fectus
audiens cū ingenti ploratu venit ad eam. t cau
sas mortis eius diligentius scisciat. Cui agnes
interrogata ait. Ille cuius volūtatē volebat per
ficere. potestatē in eū accepit t occidit. Haz socij
eius qui viso miraculo territi sunt redierūt illesi.
Cui p̄fectus. In hoc apparebit q̄ nō magicis ar
tibus hoc feci⁹ti. si impetrare poteris vt resuscite
tur. t illa ad eū. q̄uis p̄fidia vestra hoc nō mere
atur: tñ vt virtus dñi nostri hiesu xp̄i agnoscat.
hinc recedite vt orem. Ip̄a aūt orante iuuenis su
scitat. t suscitat⁹ cepit p vrbē discurrere t clama
re. verus est t vnus deus quē xp̄iani colūt. q̄ me
a mortuis suscitauit. Ad hec templor pontifices
turbati seditionē excitant i populo clamātes t
dicentes. Tolle magā tolle maleficā. q̄ mutat mē
tes t animos alienat. Prefectus aūt ex miraculo
stupefactus eā liberare voluit. §. p̄scriptōem me
tuens vicariū dereliquit. Et q; eā liberare nō va
luit. tristis abscessit. At aspasius vicarius iussit i
ignē copiosum iactari. Quo pacto flama i duas
ptes diuisa pp̄m seditiosum exurebat. Tūc aspa
sius in guttur ei⁹ gladiū immergi iussit. t sic spō
sus candidus t rubicūdus sponsam sibi t marty
rem p̄secrauit. Cū aūt corpus eius xp̄iani t parē
tes cū gaudio sepelirent. vix a paganis in eos la
pides mittentibus euaserūt. Emerētiana aūt

virgo ⁊ collateranea ei⁹ adhuc cathecumina. dū iuxta ei⁹ sepulcrū staret ⁊ gētiles molestantes cō stanter argueret. ab eis lapidata ē. in suo sangui ne baptisata. vñ ecclesia de ea solēnisat. Statim q̄ terremot⁹ choruscatōes ⁊ fulgura exorta sunt adeo q̄ ex paganis plurimi perierūt. ꝓpter qō de cetero aduenientes sepulcrū ei⁹ minime leserūt Cū xo. viij. die parentes eius iuxta tumulū ipi⁹ vigilarent. orādo viderūt chor̄ virginum fulgi dis vestibus radiantē. inter quas viderūt btām agnetē simili veste fulgētē. ⁊ a dextris eius agnū stantē niue candidiorē. Quibus illa. Tlidete in quit ne me quasi mortuā lugeatis. sed cōgaude re mecū. q̄ cū his oñibus lucidissimas sedes ac cepi. Constantia xo filia constantini. cū grauī lepra ꝓcussa esset. audiens hanc visionē adiit ad sepulcrū eius ⁊ orationi incūbens. cū obdormis set vidit in somnis beatam Agnetem sibi dicen tem. si in christum crediderīs continuo liberabe ris. Que euigilans ⁊ credens cōfestim sanata ē. ⁊ incolumis effecta gaudiū patri ⁊ toti familie fe cit. ⁊ baptismū recipiens sup corꝑ beate agne tis basilicā fecit. ⁊ in virginitate ibi deo seruiens multas exemplo suo ibi virgines cōsecrauit.

Beata marga- .§.XL.

rita antiochena natione de parentibus gentilib⁹ orta. nutrici tradit. ⁊ studiose ab ea nutrita adul ta effecta se spōte baptisari fecit. ꝓpter qō pri pa triarche gentiliū plurimū exosa matre defuncta cū nutrice permansit. custodiens ⁊ pascens oues eius. Et cū annū. xv. attigisset ⁊ corꝑe pulcerri ma foret. quadaꝝ die p loca vbi gregem pascebat casu ptrāsiens q̄dam seneschallus imperatoris no mine olibrius infidelis. visa virgine in cōcupiscē tiam eius vehementer exarsit. vī ⁊ iussit eam ad se adduci. Que cū sibi p̄sentata fuisset. ab ea no men inqrit religionē ⁊ genus. At illa ꝓstanter re spondit se Margaritā nūcupari: genere nobilis religiōe xp̄iana. Cui olibrius. Prima duo sibi cō ueniūt. ꝑ tertiū nimis discordat. vt puella tā pul cra tam nobilis vt merito margarita voceris. cre dat in crucifixū q̄ nec sibi nec alijs auxilium ferre potuerit. tūc Margarita tam recte tam prudēn ter de fide xp̄ianor̄ ⁊ infidelitate gentiliū rñdit. q̄ eius rōnibus supatus vinctū se erubescens iuſ sit eam in carcerē mancipari. Seq̄nti die corā eo adducta iubet aut sacrificijs cōsentire. aut diuer sis supplicijs deperire. Renuēs ipa exuit. suspē ditur. ⁊ virgis acerrimis vsq̄ ad fluxum sanguī nis ⁊ cedentiū defectuꝝ laniat. At illa virtute dei cōfortata nec suspirauit nec gemuit. nec saltē vul tum tristem cōtraxit. Et cū adhuc dñm p̄dicaret putans se p̄ses irrideri. pectinib⁹ ferreis iussit car nes eius vsq̄ ad ossa sulcari. Qō dū fieret ⁊ ꝓ pter eā populus fleret cōpassione motus. ⁊ ipe ti rann⁹ quasi ei pie ꝓsulens vt assensum p̄beret ne tantam iuuentutis pulcritudinem amitteret. illa ait. O mali cōsiliarij. hec cruciatio anime ē salua tio. Ad tirannū xo ait. Impudens canis. insati abilis leo. tu in carne potestatem habes. sed xp̄s animā suā seruat. ⁊ tirannus. Jam nō parcā iam nō miserebor. consulentes sibi deludit. deos bla sphemat. tormenta ꝓtemnit. In carcerem igitur reponitur. vt excogitatis supplicijs alijs acrius puniatur. Sed statim tenebre immēso lumine ir radiantur. Diabolus aūt in forma draconis ap parens quasi eaꝝ deuoraturā vt ipam teneret su bito signo crucis oppositō euanuit. hoc tamē de dracone iacobus de voragine dicit apocriphum Deinde in specie humana ei diabolus apparuit. adsuadendū ei assensum p̄sidi vt tormenta acrio ra euaderet. At illa oratione facta diabolū esse intel ligens p caput eū apprehendens in terrā ꝓiecit. ⁊ pedem sup illū ponens ait. Sternere supbe de mon sub pedib⁹ femine. Et ille clamabat. O mar garita satis illusisti mihi. me ammodo sine abire Et illa nō dimittā te nisi mihi dicas cur xp̄ianos sic multipliciter temptas. Qui respondit. Jllatu rale sibi esse odiū contra virtutū viros. Et q̄uis sepe repellatur ab eis. spe tñ ⁊ desiderio seducen di semp eis infestus existit. Et q̄ iuuidet nobis tri bui felicitatē quā perdidit. ⁊ si hanc recupare nō potest. eam alijs auferre contendit. Et his dictis dū virgo pedē eleuauit statim vt fumus euanuit

Sequenti die virgo iudici p̄sentat. ⁊ p̄sentib⁹ populis sacrificare nolens exuitur. Et appositis ad latera facibus caro recens lacerata vsq̄ ad ī tima cōcrematur. ita vt mirarētur oñes quomō tam fragilis puella tanta posset tolerare tormēta Sed insensatus iudex doliū iubet aqua frigida ī pleri ⁊ ligatā in ea diutius detineri. vt cōmutatō tormentor̄ pena esset grauior nō refrigeriuꝝ. Jn missa in aquā fit terremot⁹ magn⁹. vñ oñes qui aderāt ꝓturbātur. ⁊ inde virgo illesa egreditur. multiq̄ ex hoc miraculo ad xp̄m cōuertantur. ti mens igit tirann⁹ ne numer⁹ credentiū augeret ex hmōi miraculis. ꝓcepit xginē decollari. ⁊ eos etiā q̄ cōuersi fuerāt ad fidē. varijs supplicijs fe cit occidi. Beata aūt margarita ad locū passiōis adducta. facta oratione. primo p se deinde p xp̄ia nis oībus ac etiā p̄secutorib⁹ suis. necnon ⁊ p pturientibus se ei recōmendantib⁹ in partu vt sb uentionē ꝓciperēt. decollata ē. xiij. kalē. augusti. Et ideo mirū ē q̄ a q̄busdā añ octo dies ei⁹ festū celebrat. qō forte ideo ē. q̄ ꝑm illos tali die marti riū ꝓcuit. Sub q̄ impante passa sit nō habetur exp̄sse ꝑm vin. in spe. histo. li. xiij.

Sub p̄dicto tirāno olibrio narrat Vin. vbi supra q̄ndā virgi nem noie reginā vnicā p̄ri gentili. xv. annor̄ q̄si silib⁹ cruciatib⁹ tortā p fide ⁊ demū decapitatā.

De sancto .§.XLI.

xp̄ofero de q̄ etiā nō ꝓstat q̄ tpe passus fuerit. re fert Vincē. vbi supra. q̄ fuit ꝓcere statur̄ ⁊ vul tu terribilis. ⁊ xp̄ianus factus cū aduenisset in sa mo ciuitate licie vbi regnabat q̄daꝝ noie dagnes p̄secutor fideliū. ⁊ cū ignoraret ydioma illius re gionis. facta oratione impetrauit ⁊ intelligere ⁊ loq̄ eor̄ lingua. Qui veniens ad locuꝝ vbi martires cruciabātur. arguebat iudices ⁊ tortores de cru delitate eor̄ ꝓtra xp̄ianos ꝓpter qō vn⁹ ex iu/

dicibus alapa eum pcussit. Cui xp̃oferus ait. nisi essem xp̃ianus t p deo iniuria t tormẽta pati vel lem. iniuriã mihi factã protinus vindicassem. cũ aũt hoc ad regem retulisset. interea xp̃oferus po pulũ allocutus p p̃dicationẽ suã baculuz q̃ndam quẽ in manu gerebat fixit in terrã ad honorẽ dei t populi cõuersionẽ. vt flores t fructus produce ret impetrauit. ad qd̃ miraculũ multi ꝓuersi sunt t baptisati. Hec itez audiens rex turbatus misit milites qui eũ ligatũ adducerent. Qui cũ appro pinquãtes ad eũ nõ auderent accedere. Ille ait. Quid vultis aut quẽ q̃ritis. Rex inquiunt misit nos ad te vt vinctũ corã eo te ducamus. Ipe vo ait. Si voluero nec vinctus nec solutus duci po tero. Et illi. Ergo si nõ vis venire vade quocũq; volueris. Nõ ita inquit erit. sed ego ibo vobiscũ Quos cũ in via p̃dicando cõuertisset t baptisari fecisset. tandẽ ante regẽ stetit. Eius aũt magnitu dinẽ admiratus genus eius inquirit. Gen⁹ meũ inquit xp̃oferus facies mea indicat. q; ex regione chananitida. a parentibus repro⁹ dicor sed hoc nomẽ in baptismo spernens christoferus nũc ap pellor. Cui rex. Q̃stultũ tibi nomẽ imposuisti. xp̃i fez crucifixi. q̃ sicut nec sibi. nec tibi ꝓdesse pote rit. Vnũ tñ dico tibi. q; si sacrificaueris magnas diuitias t honores a me cõseq̃ris. Sin aũt. mul tis supplicijs cõsumeris. Volentez ergo assentire rex iussit in eculeo suspendi t vsq; ad nudationẽ costarũ vnguibus laniari. Suggestione autez facta regi sup hoc. miũt ad euz duas formosas t lasciuas mulieres. t cũ ab illis meretricib⁹ plau su manuũ t amplexibus vrgeret. sanctus surgẽs ab ore inquit. Quid vultis t ad qd̃ introducte estis. At ille claritatẽ vultus eius ferre nõ valen tes sed pterrite t ꝓpuncte dixerũt. Miserere no stri sancte xp̃ofere. vt in deũ quẽ p̃dicas possim⁹ credere. q; ad hoc introducte sumus q̃ multos la sciuijs decepimus. ita t te ad ydolatriã trahere mus. Sanctus aũt dei blande eis alloq̃ns p̃dica tione sua eas ad xp̃m cõuertit. Hoc aũt audiens rex. s. eaz cõuersionẽ. iussit eas ad se vocari t ait. Nũquid t vos a dijs nostris recessistis illi⁹ male ficijs. Sed p deos adiuro q; si nõ sacrificaueritis. mala morte pibitis. At ille dixerunt vt cõgrega ret omnes ad templũ t plateas mũdarẽt. Credẽs aũt rex ex his verbis q̃ vellent sacrificare. cõgre gato omni populo. venientes ad templũ t ascen dentes ad ydolũ iouis dixerũt. Si deus es. iube quid faciamus q; rex ꝓcepit vt sacrificemus. Et cũ ydolũ nihil dixissz. alligãtes oia ydola ad ter ram prostrauerũt t cõminuta sunt. Que astanti bus dixerunt. ite t vocate medicos q̃ deos vros curent. Qd̃ audiens rex ait. Ego vos monui de os adorare t nõ cõterere. Sed testor p virtutem eor. q; diuersis supplicijs faciã vos iterire. Que rñderũt. Stulte si dij erãt cur a fragili sexu pmi serũt se cõteri. Jussu ergo regis aq̃lina suspendi tur. t ligato ingenti saxo ad pedes eius oia mem eius disrũpũtur. Qui cũ migrasset. sor⁹ eius ni ceta man⁹ t pedes ligata in ignẽ proijcit. t illesa egrediens decapitat. Deinde xp̃oferum cathe nis ferreis ligatuz mandauit virgis cedi. postea ligatũ in igne in medio ciuitatis cremari. Sz in columis in ipso igne pplm exhortat. Postea fe cit molarẽ lapidẽ in collo eius ligari t p ciuitatẽ distractũ ad stipitẽ ligatũ sagittari sagitta autez vn⁹ reuersa retrorsum oculũ regis insultãtis per cussit. Demũ decapitatus est. t de sanguine eius oculũ linens sanat⁹ est. Addit ad predicta Ja cobus de voragine de cõuersione eius. videlicet q; cum esset maximus corpore vt gygas. t q̃reret principẽ maximũ cuz quo maneret. audita fama de vno rege q̃ potentissim⁹ dicebat. ad eum acce dens honorabiliter ab eo susceptus est. t in curia sua ad pmanendũ hortat⁹. Sed cũ q̃dam die io cularis quidã quandã fabulã corã rege referret i qua sepe diabolũ nominabat. rex vt xp̃ianus si gnũ crucis subito sibi faciebat. Et cũ xp̃oferus q̃ nondũ xp̃ianus erat. miraret cur hoc faceret p̃q̃ siuit. Qõ ille explicãs. s. q; diabolũ ne ei noceret timebat. dixit xp̃ofer⁹. Ergo diabolus maior do m⁹ nus q̃ tu est. exquo times. Vale igit q; diabo lũ volo repire cũ quo maneã. Et cũ p desertũ trã siens diabolũ q̃reret. apparuit ei in forma homi nis magni t terribilis dñi cum comitiua multoz militũ. q̃ cũ ab eo q̃reret quid vellet seu quo pge ret. t ille rñdisset se dñm diabolũ q̃rere. dixit dia bolus. ego sum quẽ q̃ris. Qui se obtulit cum eo mansurũ ad sua obseqa. Cũ aũt cũ eo proficisce retur in q̃dam via inuenerũt signũ crucis i ligno erectũ. propter qõ declinãs viã rectam p devia; t spinosa eũ duxit. ad rectã viã postea reuertẽs cũ eo. admiratus xp̃oferus causam q̃siuit q̃re viam bonã dimisisset. Et cum nollet causam reddere. t xp̃oferus declarasset se ab eo recessurũ nisi itima ret. Rñdit diabolus q̃ illud signũ timebat ꝑpter quendã in eo crucifixũ qui eũ deuicerat. t xp̃ofe rus. ergo ille maior te est. Illum ergo volo q̃rere ihm xp̃m. Demũ de eo interrogans homies plu res. directus fuit ad sanctũ heremitã. Qui istru ens eũ de fide christi t moribus seruandis a chri stianis. inter q̃s erãt q̃ oportebat ieiunare orare t hmõi agere. t ille diceret vt nõ assuetũ nõ pos se facere. Demũ dixit t iniũxit ei in obsequiũ tan ti regis t dñi. cũ maxim⁹ corpe eẽt. maneret iuxta quẽdam fluuiũ q̃ habebat aquã ꝑfundã t multi in trãsitu eius submergebãtur. vt ipse homines volentes transire in humeris suis deferret. Qõ acceptauit. Et faciens iuxta illũ habitaculũ puũ de lignis. trãsuadabat cũctos. Quadam aũt no cte puer puus clamauit vocãs eũ vt euz deferret p flumẽ. Qui egressus de habitaculo nullũ inue nit. Ter aũt puer hoc egit. Sed tercia vicevidit puulũ q̃ erat dñs hiesus christus in forma pueri. Ponẽs ergo eũ in humeris suis. cũ flumẽ transi ret fluctus intumuerũt t puer ita ponderauit ac si haberet maximũ pondus sup se t q̃si periclita batur. Trãsito aũt fluuio deponẽs puulũ t dixit Vere puer in magno periculo me esse fecisti. Ita eñ ponderasti ac si baberẽ totũ mundũ sup me. Cui ille. Nõ mireris q; illũ habuisti in humeris. q̃ totũ mundũ regit. Ego eñ sum dñs ihs xp̃us

cui in hoc ope deseruis. Et magna ē merces tua. Exinde processit ad pdicandū vt dictū ē. Hec tū nō scribit Elin. vbi supra. vel q; abreuiare voluit vel q; forte nō reputauit ista autētica licet martiriū eius celebret ecclesia.

De sancto .§.XLII.

Antonino narrat Elin. vbi supra. q; de appamie oppido oriundus fuit nobilis genere. q; ab infantia bonis cepit pollere virtutibus ⁊ sacris litteris edoct⁹. sacra; pcepta legebat ⁊ ea implere satagebat. Cūq; desiderio martirij estuaret ab oppido appamie egressus xp̄ianos pquirēs q; plurimos inuenit. Inter quos dū cōmoratus ad sacerdotij ordinē est ꝓmotus. Cunq; pdicando iter faceret labore itineris siti estuās. deū exorauit vt sue necessitati subueniret. Et solū virga fiducialiter p/cussit. statimq; inde fons emanauit. vū refrigeratus ē. ⁊ infirmātibus etiā aqua illa sanitatē pstabat. Appamiā aūt reuersus in religionis ꝓposito psistens pdicabat. ⁊ gentiliū pfidiā increpare nō desistebat. Cūq; aduersus eū diabolica rabies in sacrilegoꝝ pectoribus inflamata concresceret. diuino spū repletus. paucis q; secū erāt xp̄ianis martiriū suū imminere pdixit. Cū aūt xp̄iani loca sacra vbi martirū corpa q; scebāt causa orationis visitarēt. Antonin⁹ erat cū eis. Qz ab eis discedens longius se iturū causa orōnis innotuit seq; minime reuersurū. Sentiēsq; insidiātes sibi appropinq̄re gētiles vltro se obtulit. Qui capt⁹ ab eis cedendo in via vsq; ad flumen ad radices appamie decurrens duct⁹ ē. Ibiq; decollatus est Et caput eius ⁊ corpus ei⁹ totū discerptū in fluuiū ꝓiecerūt. ne a xp̄ianis inueniret. Miro autē mō sanguis ille q; de corpe ei⁹ exiuit inter aquaꝝ collisiones coagulat⁹ ē. nihilq; ex eo aq̄rū impulsus dispsit. Fideles aūt audita ei⁹ cōsumatōe ad locū venientes corp⁹ qō inuenerūt honorifice sepelierūt. Caput xo amputatū ⁊ iactatū in flumē statim āgelica susceptōne puo mansiolo collocatū ⁊ in nauicula positū. diuinit⁹ p̄pata āgeloꝝ in similitudinē duarū aq̄larū ductu ad locum destinatū applicuit. Et festus q̄dam princeps regionis illius p spūm intelligens caput sancti antonini deuote suscepit ⁊ ei eccl̄iam fabricauit.

Sanctus qui .§.XLIII.

dam martir egregi⁹ roman⁹ noie vt refert Elin. spe. histor. li. xiij. passus ē sub galerio. q; factus ē cesar a diocletiano. ⁊ post mortem diocletiani imperauit cuz ꝓstantino ad tēpus vt infra patebit. Hic igit̄ tirānus cū edictū vbiq; misisset vt xp̄m negaret. quicūq; viuē vellet. vir acris ingenij romanus excellētie pauentiū alios cōfortabat. ⁊ ne cederēt turbini suadebat. Itaq; cōspirat ꝓfederatus grex xp̄ian⁹ fidē tueri vel libēter emori. Cūq; relatū esset iudici plebis rebellis romanū esse ducem. p̄ceps iubeb̄ rapi. ⁊ solus tāq; incitator oīm causaz edicē pro ꝓtumaci plebi. at ille nō resistēs se q; vinci petijt ⁊ vltro in tergū manus torsit. Cui tirānus astanti ait. Infame monstrū tu vē/tilator vrbis ⁊ vulgi procella leuis. mētes mobiles inq̄etas. equū ē nifallor. vt mox future cedis prim⁹ exitiū luas ⁊ feras ipse qō ferendum suaseras. Cui ille ore libero rīdit. Amplector o p̄fecte nec me subtraho vt pro fideli plebe solus imoler dign⁹ subire quecunq; vestra crudelitas iusserit. tūc scindunt milites vtrūq; viri latus mucrone longa p artus tractū vulnera sulcāt. obliq; rectis recta trāuersis secāt. vt iam retectis ossibus albesceret pect⁹. Inter hec q̄tus manēs romanus ait. Hoc totū p̄fecte qō laceramur non dolet. dolet q; pectori tuo error insedit. ⁊ q; populos istos pditos tecū trahis. Elix martir oronez pegerat. cū furēs asclepiades q; martirē torq̄ri iubebat interserit. vertat ictū carnifex in os loq̄ntis ⁊ i maxillas manus sulcosq; acutos ⁊ fidiculas transferat. verbositatis ipse rūpaī locus. vt scaturiētes auras pforatis follibus pdat. Implet iussa lictor impius. ambas genas stridētib⁹ vngulis faciem secat votis. hirsuta barba carptim cutis soluit. ⁊ vsq; ad mentū vult⁹ oīnis scindit. Martir aūt inter fluentē sanguinē fatur. Grates tibi o p̄fecte magnas debeo. q; multa pandēs oza iam xp̄m loquor christiq; gloriaz Ecce tot laudant oza quot sunt vulnera. Qz q; luctari tecū iā nō licet rōne p funda cōsulamus ꝓrima. Interrogatur ipsa naturaliū sensuū simplex. ⁊ sine arte fuci impita sententia. Da septennē circiter vel infra puer. innocentie vt pcūctemur q̄d recens infantia seq̄nduz ducat q̄d nouus vigor sapiat. Hāc vocē p̄fectus amplectēs. vnū de catherua ifantū nup ablactatū adesse pcepit. Cui roman⁹ ait. Quid tibi videtur filiole eē vex ⁊ cōgruēs. vnūue xp̄m colere ⁊ in xp̄o patrē. an mille formarū deos adorare. tūc infans arrisit nec morat⁹ retulit. Quicq̄d hoies dicāt. vnū oportet esse deū ⁊ vere vnicū. Cunq; hic sit christ⁹ hiesus. ip̄e ē verus de⁹. Nā deoruz genera multa nec pueri putāt. At tirānus stupuit pudore fluctuās. nec eū. decebat innocēti etatule vim legis inferre. nec furor sinebat loq̄nti talia pcere. Quis tibi inquit ē actor vocis huius. Rīdit ille. Pater ⁊ mr̄i deus. Ego vt de fontib⁹ gemellis vberū lac puus hausi. xp̄m hausi credere. Illa imbibit ex patēti spū docta. q; me pasceret i/ter ip̄a cunabula. Tūc excl amās asclepiades. ergo inquit adsit ip̄a mater. ⁊ disciplīne sue tristem exitū spectet. Statimq; iussit infantē remota veste; virgis ꝟberari. tenerūq; duris ictib⁹ tergū secari. Deniq; p̄cepit vtrūq; pdi. s. puer. gladio decollari mgr̄m igne excremari. Puerum carnifex poposcit. mr̄ dedit. Nec fletibus immorata tīn ei vnū oscul̄ imp̄sit. Vale inq̄t fili dulcissime ⁊ cū beatus xp̄i regna intraueris. memēto mr̄is iā ex filio patrone. Tūc pcussor dū ceruicul̄ ense ferit docta psallere mulier hymnuz canebat carminis dauidici. preciosa sancti mors sub aspectu dei. cūq; inde retortis brachijs roman⁹ ingereret rogo. scio inquit ille non futurū vt nūc cremer. nec hoc passionis genus mihi ē datum. sed restat vt igēs fiat miracul̄. hec eius verba sequitur immensus fragor nubis ruentis et nimbus p̄ceps vndatim

ignes obruit. ¶ Qđ audiens iudex magice hoc artis ludibrio iratus attribuit. Tūc iussit martirem foro ptrahi ⁊ in tenebras noxiales carceris trudi. Cuius colluz lictor fune nephādus elisit. ⁊ sic eī peracta passione anima vinculis corporis absoluta celum petijt.

De sancto .§.xLIIII.

Marino puero narrat Elin. spe. histo. li. xiij. mirabilē passionē hic etēm romane vrbis cuiusdaz senatoris filius fuit. q̄ capescendi martirij desiderio accēsus. a martiano cōprehensus ē. ¶ Qui martianus licet dicaī in hmōi historia impator tamē ſm vin. videī potius fuisse p̄ses. ¶ Qui cū interrogatus genus suū seu cōditionem. xp̄ianū se libere ꝓfiteret. ⁊ sacrificare vt ei suadebaī cōtemneret. nec minas timeret. iussu tiranni extensus ē et durissimis lozis in dozso ⁊ ventre concisus. post qđ in carcerē trusus. Seq̄nti vo die in eculeo suspensus ē ⁊ corp⁹ eī⁹ vngulis dilaniatū. Deinde serra lignea cū lapide immisso desup ea facta est vt sup eū posita membra eius diuideret. q̄ in nullo cū lesit. Post hec iussit sup craticulā igne supposito supponi. ꝫ statim fluuius de terra egrediens ignē extinxit. Addidit tirānus ⁊ frixoriū super ignē vehementē posituz ⁊ in eo mitti. q̄ in eo positus deū glorificabat ⁊ ad tirannū aiebat. parasti carnes ad edendū. iam nūc accipe ptem tuā aliquā ⁊ ede donec alie p̄parenī. Hec eo dicente. descendit ros de celo ⁊ ignez extinxit. Adissus exiit de in chaldariā pice plenā igne succēsam. vt capite in ea merso deficeret. ¶ Qui spōte ī chaldariā se iniecit. ꝫ chaldaria in duas ptes scissa est ⁊ pix effusa. sanct⁹ aūt in medio stās. deū glorificabat.

¶ Nō ptent⁹ martian⁹ harenaz i p̄pari iussit ibiq̄ eū positū leonē ⁊ leopardū ad eū mitti vt deuorarent. ¶ Que vere instigate de cauea exeūtes ad sanctū puerū accesserūt. ⁊ leo humeros eius blādiendo cōstringebat. pardus ad pedes iacebat. Et tirannus. ¶ Que ē ista fantasia quā video. Cū aūt iussisset bestias reduci in caueā suā q̄ntūcūq̄ ad hoc molestarētur. non poterāt a pedib⁹ sancti amoueri. ꝫ sancto hoc eis iubēte regresse sunt ad locū suū. Iterū ad eū emitti fecit leenā ⁊ vrsam q̄ currētes ad eū sciderūt vestimēta eius ⁊ corruentes ad pedes eius mortue sunt. Post immitti fecit pardū cū trigide. q̄ ascendentes ad collū eius cōplexe sunt eū. ⁊ vna ex eis ip̄m osculabaī. alia sudorē de facie ei⁹ extergebat. iussit ⁊ thaurū adduci in dozso cauteriari vt magis fureret. ipsum q̄z puerū ad cornua ei⁹ ligari. ⁊ ardentib⁹ cornib⁹ thaurus nō sentiebat nec cauteriū curabat. ꝫ sanctū dei lingua lambebat. Post ista in pira lignorum accensa fecit poni. nihilq̄ tetigit ignis ex eo aūt amouētes miserūt in caminū seu furnū igniti: ꝫ angeli duo descendētes ad eū cū eo būdicebant deū nihil doloris exptus. Adductus ide ad templū ydoloꝝ. facta oſone oīes dij corruerūt ⁊ in puluerē redacti sunt. Videns hoc romanus pplus exclamauit. Vere magn⁹ est de⁹ xp̄ianoꝝ. Cōsulus ergo p oīa martian⁹ mādauit euz decollari. Exultās aūt sanct⁹ ait. Veni pat gle accipe caput pueri tui. Pater quoq̄ ei⁹ ⁊ mater hortabātur cū felici agone curſum suū p̄ficere. sciētes eū susceptūrū coronā victozie. ¶ Qui ofone facta cōsignans se pacē fratrib⁹ dedit. et flectens genua spūm deo reddidit. Scurro tū iā mortuū pcussit ⁊ caput amputauit. Cū aūt p̄cepisset martianus corp⁹ ei⁹ inter corpa latronū ꝓici. ⁊ custodiri ne a xp̄ianis acciperet. Facta inūdatōne aq̄rū ⁊ multiplicatione tonitruoꝝ ⁊ fulguruz territi ministri fugerūt. ⁊ a fidelib⁹ corp⁹ acceptū sepulture ē traditū. Martian⁹ aūt a deo pcussus terribili iudicio vt vermes de ore ei⁹ ebullirēt. coact⁹ est confiteri deū verū esse deū xp̄ianoꝝ. ⁊ miserabiliter expirauit.

Lucianus .§.xLv.

presbiter antiochen⁹ sb maximino impatore q̄ diocletiano successit. et cū cōstantino aliquo tpe simul impauit vt dicet infra passus ē. Hic vt refert Elin. li. vbi supza. moribus cōtinētia et eruditōe p̄cipuus. cū ad tribunal iudicis fuisset adductus cur inquit ad eū p̄ses vir rōnis ⁊ prudēs. sequeris sectam cuius nō potes reddere rōnem. Aut si ē aliqua audiam⁹. Tūc ille data sibi facultate dicendi. oſonem de fide nostra habuisse dr. Qua finita addidit. Astipulaī his ipse in hierosolimis loc⁹. ⁊ golgotana rupes sb patibuli honore disrupta. Antrū quoq̄ illud quodā illisis inferni ianuis corpus denuo reddidit animatū qđ purius inde ferreī ad celū. Aut si adhuc vobis min⁹ digna videntur hec q̄ in terris substantiā gerūt. ac capite etiā de celo astimulatozē fidelem. Solē vo bis ip̄m hozū produco testem. ¶ Qui cū fieri hoc p impios videret in terris. lumē suū abscondit ī celo. Requirite in annalibus vr̄is. inuenietis tēporibus pylati xp̄o paciente fugato sole interruptū tenebris diem. q̄ si terre. si celo. si sanguini eoꝝ a q̄bus veritatē p tormenta pquiritis fidē nō accōmodatis. quō vobis meis allegationibus q̄z crede/tis. Et cū pene iam his verbis auditozibus suadere cepisset. arripi iubeī in carcerē. ibiq̄ tumultu populi necari. ¶ Hiero. quoq̄ in libz. de viris illustri. sic ait de eo. Lucian⁹ vir dissertissim⁹ antiochene eccleſie p̄sbiter. tantū in scripturarū studio laborauit vt vsq̄ nūc quedā exemplaria scriprurarū luciana nūcupenī. Ferūtur eius de fide libelli ⁊ breues ad nō nullos epl̄e. passus est nicomedie ob cōfessionē xp̄i sb p̄secutione maximini.

¶ Narrat etiā eusebius in historia eccle. q̄ q̄daz mulier venerāda pulcritudine pariter et pudicitie formosa nobilis genē ⁊ epulēta fuit. cui erant due filie v̄gines pulcre ad regulā materne pudicitie erudite. q̄s in timore dn̄i mr̄ educauerat. Et cū mr̄ cū filiab⁹ summo studio pquirenī. ⁊ ille declinādi turbinis gr̄a sui absentiā p̄curassent. Demū inuēte mr̄ cū filiab⁹ a militib⁹ cōphense. antiochiam venire p̄urgenī. ⁊ cū iter agerēt. ait mat ad filias. Scitis dulcissime mi filie quō vos ī disciplina dei educauerim. Scitis q̄ a puulis de⁹ nobis p̄r. deus nutritoz. de⁹ institutoz extiterit. ⁊

castitatis bonum ita mecuꝫ pariter dilexistis. vt ne oculus q̄dem vester vnq̄ lasciuiori fuerit maculatus aspectu. Prostituent ergo publicis lupanaribus membra. q̄ aer pene ipe publicus habuit incognita. Me q̄so filie q: nec tā pua in deo nobis est fides vt morte ptimescam⁹. nec tam despecta pudicitia vt viuere cū turpitudine etiā cupiamus q̄npotius si placet qō in oibus tenetis. etiā in hoc seq̄mini matris exemplū. p̄ueniam⁹ t impudicoꝝ p̄ripiam⁹ incursum. Cuꝫ ꝯ filias ad hoc ꝓpositū videret accēsas. ad fluuiū q̄ndam in itinere positū deuenerūt. Et cū simulassent necessitatis cā ad aquā descendisse. custodibus earū nil sup hoc cogitātibus. rapidi fluuij fluentis se iniecerūt. Sꝫ t alie virgines simili de causa marinis fluctibus se iniecerūt apud antiochiā. Hec Eusebius de lege cōi hoc nullo mō ē licitū. ꝑ instinctu spūssci hoc fecerūt vt vī dicē Aug. de ci. dei. j. li.

Petrus .§.xLVI.

